

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio ae  
cum fonte primo

Ipsa peccati nutrix adulacio que sicut  
oleum flammis in culpa  
ardentibus solet administrare fomentum.

Beda super Lucam libro II.

Vnde prouide dominus non ait,  
Vae quia bene uobis dicunt homines,  
quasi distante aliquantum tempore  
culpam tardius poena sequatur sed *Vae*,  
inquit, *cum bene uobis dixerint omnes  
homines*, quia  
ipsa peccati nutrix adulatio sicut  
oleum flammis sic in culpa  
ardentibus solita ministrare fomentum  
maxima est utique poena peccantium.

Beda Venerabilis, *In Lucae euangelium  
expositio*, 2.6.26 (CCSL 120, D. Hurst  
ed., pp.141-2, ll.1631-1636).